

ista est differentia. quod primum aeternae substantiae
 est. Alterum humanae naturae. In forma enim serui
 quasi factus est ex muliere. pater maior illo est. Infor-
 ma autem di in quaerat. Antecarnis. adsumptionem
 patri. coaequalis est. pro illo dictum est. pater ma-
 ior me est. pro deo & pater unus sumus. Aequalis
 ergo patri in quantum deus est. Subiectus uero
 in quantum homo est.

VI QUID DIFFERENTIA IN TI O QUOD X P S N C U N I G E N I T U S .

nunc primogenitus esse praedicitur. horum pri-
 mum ad patrem pertinet. Alterum ad nos. nam secun-
 dum diuinitatis excellentiam unigenitus est
 a patre. iuxta euangelium quod dicit & uidimus glo-
 riam eius. Gloria quasi unigeniti a patre plenus gra-
 tia & ueritate. Aliuero secundum fraternam
 societatem primogenitus est uniuersae creaturae.
 Iuxta id quod apostolus ait. ut sit ipse primogenitus
 in multis fratribus. Est ergo unigenitus in substan-
 tia deitas. primogenitus in susceptione humani-
 tatis. primogenitus in gratia. Unigenitus in natura
 primogenitus ergo iuxta apostolum in multis fratribus.
 unigenitus tantum ex deo solus in deo est quod frater
 nuncupatur & dicitur. frater quia primogenitus. dicitur unigenitus.

VII JAMUERO DIFFERENTIAE UEL SIGNIFICATIONIS

nomina eorum quae in diuinitate filium distinguuntur plurimae sunt
 Sed ex his quaedam sunt. ad diuinitatis eius excellentiam.
 pertinentia. quaedam uero accidentia. naturalia sunt.
 deus filius. diuerbum. principium. iustus & sapientia.